Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26457
Copyright: Admont, Benediktinerstift



13

rex celi mansuri feliciter quindecim dant v k.
Booh g. i. a. tale dante preceptum. socrus quoque p
mitua scilicet ecclesia. ecclesie ex gentibus piu & salubre
dat consilium. dicendo. Sed esto inquit filia. ut cum pu
ellis ei exeas ad metendum. ne in alieno agro
quispiam te resistat. de si dicat. Melius es & laudabilius.
immo felicius. ut cum puellis booh. i. a apostolis &
doctoribus ad metendum exeas. hoc est sana & apostolica fidei doctrina firmiter teneas. ne in alienum
agrum. puersis dogmatum. & heretice falsitatis declinans. offensam diuine ueritatis incurras. Iuncta itaque est puellis booh. & tadiu ei
eis messuit. donec hordeum. & triticum in horreis
ciderent. Properans quippe mandatis dni puellis
booh. fecundis scilicet predicatoribus & fructum mutum
afferentibus sociatur. donec hordeum. i. austeritas
legis. & triticum quod est noui testamenti gra. sub quo
num illud frumentum cadens in terra multum fructum
attulit. ex toto in regno dei proficiat. Postquam
autem reuersa est ad socrum suam audiuit ab ea. filia
mi quiem & requiem & puidebo ut bene sit tibi.
Quid his uerbis nobis innuit. nisi magna & eminens
sollicitudo. quam habet celestis illa mater nostra. pro
statu presentis ecclesie. Querit enim & postulat a
deo requiem & gratiam. huius mundi incolatu exu
lantibus. & puidere cupit. ut bene sit filiis
suis. Booh inquit iste cum puellis in agro iuncta est